

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Mart.Luthero,M.Bucerus S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

tuam pauca subito rescripsi. eram enim occupatissimus: aliàs accuratius. Vale, & officiosè meis uerbis Iano Cornario salutem dicitò. Cygneæ, Idibus Augusti, 1535.

D. Mart. Luthero, M. Bucerus

S. D.

Posteaquam nostri exhibuerunt articulos de forma pacis, deliberatio Cesareæ Maiestatis legati & pacificorum retracta est in diem undecimum Martij. Postea, exhibuerunt duas declamationes, quarum altera legato etiam contumeliosè scripta erat: altera mitior, quæ spondebat pacificatores actiuos esse, ut fiant induciæ aliquot annorum: & interea ingressus instituatur, in quibus deliberetur de concordia Ecclesiarum & doctrine. Nam Imperator iam non facit synodi mentionem, nec ullam futurã esse sperat. Eam ob causam si uera narrat legatus, tergiuersanti Pontifici succenset. Nostri adornant responsionem: & fortasse præcisè dicent, quas conditiones accipere possint. Nam præparato opus est, ne nostri imparati opprimantur: synodi non fient. Et adhuc quidem speramus tranquillitatem. Initio hîc erant atroces sermones de Turcis, nunc subito consulescunt: & dicuntur induciæ factæ per Gallum. In Belgico sunt magni apparatus, & non obscurè minantur N. Regi. Sed multa alia suspicantur. Deniq; nihil possum de Republica

blica certi scribere. Quare rogabis Deū, ut ipse
gubernet & seruet nos. Macedo propter uariolos
non prodit in publicum: sed iudicant à morbo ni-
hil esse periculi. De te interrogat, quoties ad eum
uenio, teq; amanter iubet salutare. Narrabat enim
mibi nuper, se Deum precatum esse, ut uitam sibi
proroget: si fiet, profuturum Ecclesiæ id spero. Be-
ne & feliciter uale.

Deus seruet & te, & uniuersam familiam tuā.
Salutant te reuenter D. Pontanius, Sturmīus, &
alij. Dat. e 14 Martij. Et ego reuerendæ pater-
nitati tuæ salutem precor, ac diuturnam ualetudi-
nem, qui adhuc admodum afflictis Ecclesijs pro-
desse possis.

Cuiusdam ingeniosi & docti iuue-
nis epistola.

S. D. Charissime pater. Etsi magno in dolore
sum propter indignationem tuam, teq; oro pro-
pter Deum, ne paternam beneuolentiam tuam)er-
ga me deponas: tamen si coram spectator esses to-
tius uitæ meæ, minus sperarem fore offensionis.
Certè uitam amittere malleim, quàm tuam beneuo-
lentiam. Illa etiam quæ de uestribus scribis, non
me iubente acciderum: & deinceps ero cautior,
& curabo ne uel tu uel quorumlibet honestorum *aat aliorum*
oculi offendantur. Scio me & propter mandatum
Dei, & propter naturæ ordinem, debere obedi-
entiam &

2 H 3

tiam &